

DISPUTATIO PHILOSOPHICA

De

C A U S I S :

Q U A M

Ter optimo term maximo Deo favente, uni-
verso Athenæo approbante,

S U B T R E S I D I O

CLARISSIMI ET ACUTISSIMI PHILO-
SOPHI D. JOHANNIS HENRICI ALSTEDII,
in illustri & celeberrimâ Herbornâ Professoris publici, in
gratiam studiosorum adorno, examini & cyno-
suræ subjicio

CHRISTIANUS STUBOEUS
Danus.



HERBORNE NASSOVIORVM,
Ex officina typographica Christophori Corvini.

ANNO C I C X L

REVERENDIS A D M O-
DUM, CLARISSIMIS ATQUE
doctissimis viris:

- D. M. JOHANNI GÆDICCO SS. Theologiae Licen-
tiato, Aarhusia Canonico, necnon diœcœsos ejusdem
Superintendentilongè dignissimo:
D. M. LUDOVICO MYNTHO apud Lundenses ve-
nerandi Capituli Prælato & Canonicodignissimo:
D. PETRO ARNOLDI Pastori apud Stillingenses fi-
delissimo itemq; Vicario:

N E C - N O X

HUMANISSIMO, OMNIGENA E-
RUDITIONE CLARISSIMO JU-
VENI-VIRO,

D. JACOBO ERASMO COAGIO Dano:

Fautoribus, Macenatibus, consanguineis, popularibus medullitus
animitusq; colendis & venerandis:

Has pagellas Philosophicas in debite gra-
titudinis & observantiae tenacior in-
scribit & offert

CHRISTIANUS STUBOEUS
Danus, A. & Reb.

D I S P U T A T I O N E
De
C A U S I S.
P R O O E M I U M.

Inelligentiam causarum apprimè necessariam esse, nemo unquam sanæ mentis Philosophus ivit, it, ibit inficias, quippe qua mortales non solum ducimur & vehimur in cognitionem omnium rerum in mundo existentium: verum etiam primævæ caligine & tenebris quibus mens nostra erat quasi obducta & obnubilata, bona ex parte exuimus, dum scilicet eadem ceu rore divinæ sapientiae aspergimur intelligentia. Hanc itaque intelligentiam, hanc mentem divinam homine Christiano dignam & idcirco ab eodem merito maximi faciendam, omnes vel unius Pythagoræ adducti exempla fatentur. Quid autem Pythagoras? Is cum à quodam interrogatus esset, quemnam finem Philosophiæ arbitraretur: breviter at graviter respondit: Nihil admirari. Quo ipso innuere voluit, hominem tum demum esse plenum & perfectum divinaeque mentis simillimum, cum causis rerum cognitis nihil admiratur. Ignoratio namque causarum parit admirationem. Idcirco de causis agere fert animus, ut scire queamus, quænam sint illæ causæ quæ à Philosophis tot eulogiis nobilitata, tot encomiis fint decoratae.

D I S Q U I S I T I O N E I.

An doctrina de causis pertineat ad Metaphysicam?

IN prima hac questione duæ se offerunt diversæ opinions. Quidam pro thesi enim sententiam negantem, ut Ramus cum suis discipulis rigidiori- negante. bus, quidam vero affirmantem, ut Aristoteles, & cum ipso omnes faniores Philosophi defendunt. Et Ramus quidem pro sua sententia stabili-

- liendâ ita argumentatur: 1. Si nulla datur Metaphysica, non potest agere de causis. Ratio Consequentia. Quia negato Est secundi adjecti, negatur etiam Est tertii adjecti: item non entis nulla sunt accidentia. Si ergo Metaphysica est non ens, non accidit ei, ut agat de causis. Atqui non datur Metaphysica. E. 2. Si in Logicis agitur de causis, supervacaneum erit in Metaphysicis agere de iisdem. Ratio est; Quia quicquid est homogeneum in una arte, est heterogeneum in altera. Sed hæc Ramis sententia, ut levis est, ita & levibus nititur hypothesisibus. Quod ad primum argumentum attinet, largior quidem Ramo: positò hoc, si Metaphysica non sit vel detur, in eadem non posse agi de causis. Sed antecedens nititur falsa hypothesisi. Si autem antecedens probaverit, hoc ipsi concedam. Sed, ut nunquam probabit Ramus, ita nec unquam ipsi concedam, nullam dari Metaphysicam.

Refutan-
tur argu-
menta pro
thesi ne-
gaante ad-
ducta.

Nam vel hoc unico argumento refutari potest Ramus: Quæcumque disciplina deducit nos ad cognitionem entis, qua ens est, principiorum, affectionum, differentiarum & specierum ejusdem, ea est necessaria. Et illâ sublatâ tollitur horum omnium cognitio. Atqui juxta Ramis sententiam Metaphysica non datur. Ergo nulla erit cognitione entis, qua ens est, principiorum, affectionum &c. Sed conclusio est falsa. Ergo una ex præmissis. Non major, ut constat. Ergo minor, & per consequens contradictionis ejus est vera: Metaphysica est seu datur. Ex superabundanti addam & hoc: Cujus est in vita finis, maxima utilitas & necessitas, illud non entibus non est annumerandum. Atqui Metaphysica est talis. Ergo non est ens, seu nihil. Major probatur: Quia qui dicit finem rei esse, & tamen rem ipsam non esse, ille admittit contradictionem in adjecto. Nam finis & bonum convertuntur: Bonum autem & ens convertuntur. Si ergo omnis finis est bonus, & omne bonum, eo ipso dum bonum, est ens: sequitur, quod finis sit ens. Jam vero ens non potest esse causa non entis. Ratio hæc est, quia causa & causatum debent esse homogenea: Qualis enim causa, tale effectum seu causatum. Insuper: Si Metaphysica est utilitas & summa necessitas, sequitur, quod non sit non ens, quia non entis nulla sunt accidentia. Ergo ens per consequens est, seu datur. Minor probatur, quia sine cuius discipline adminiculo omnes disciplinæ sunt quasi imperfectæ, illa est disciplina necessaria. Atqui sine Metaphysica adminiculo tales sunt cæteræ disciplinæ: Quia earum est mensura, uti eruditis constat, & quidem quam plurimis probare rationibus, nisi brevitati studebam.

Deinde,

Deinde, si datur objectum, cuius propter latitudinem reliquæ disciplinæ non sunt capaces, sequitur, quod detur disciplina, quæ hoc objectum explicet. At verum est prius. Ergo & post. Ratio consequentia: Quia quot sunt diversa objecta, tot sunt diverse species disciplinarum. Nam differentia specifica cuiuslibet scientie sumitur ex ejus objecto: & omnis scientia accipit unitatem specificam ex unitate subjecti proprii & adæquati, circa quod vel satur. Antecedens probatur: Quia nulla est alia disciplina, quæ de ente potest agere, quâ ens est. Nec specialis: Nam Physica agit de corpore naturali, quatenus est naturale. Mathematica agit de corpore quanto, quatenus est quantum. Nec generalis. Logica enim agit quidem de omni ente & non ente, sed non de ente, qua ens est, sed quatenus notionibus secundis velatum & opportum, seu ente rationis. Ergo relinquitur, quod adhuc aliud sit objectum ab his diversum, circa quod sola Metaphysica versetur. Alterum argumentum Rami, quod attinet, laborat fallaciâ consequentia: Ex antecedenti non infertur necesse fari consequens: Quia nihil obstat, quo minus res una & eadem in diversis possit considerari disciplinis, sed non eodem modo & respectu. Nam subjectum constat duabus partibus, materia nimirum, seu re considerata, & formâ, seu modo considerandi. Quoad materiale, potest quidem subjectum unum & idem esse commune multis disciplinis: sed quoad formale, unius sit & est proprium. Nam sicut formâ determinatur res & restringitur; ita formale subjectum ad certam quandam restringit disciplinam. Hæc obiter. Eodem modo causa potest considerari in multis disciplinis (non eodem respectu, seu considerandi modo, sed diverso) & nihilominus primariò locum habere in certâ quadam disciplina. Causa enim à Metaphysico consideratur, quâ causa est: à logico vero quâ argumentum est, seu quatenus confert ad modum bene disserendi, vel, quod idem est, à Metaphysico realiter, à Logico intentionaliter. Respondeo igitur limitando hoc modo: Si in Logicis agitur de causis, quâ causa sunt, non eodem modo & respectu in ceteris disciplinis de his erit agendum. Jam in antecedente apparet falsitas. Nam ut supra dictum, in Logicis non agitur de causis, in quantum cause, sed in quantum argumenta sunt & conferunt ad modum bene disserendi. Quam frivola igitur sint allatae Rami rationes, ex his, quæ dicta sunt, liquido constat. Nos ve- Thesis affirmativa rò thesin affirmantem, & quidem rectè cum Aristotele tanquam rece- ptam, & ab omnibus pene Philosophis approbatam, defendimus, motis his astruitur.

1. rationibus. 1. Ad eandem disciplinam pertinent & referuntur attributa entis, tam absoluta, quam respectiva, ad quam pertinet ipsum ens.

Zab lib. 2. Atqui ad Metaphysicam pertinet ipsum ens, Aristot. 4. Metaph. c. 1. Ergo.

post ad

cont. 48.

2. Omnia quæ sunt abstracta à materiâ, tum re, tum ratione, sunt Metaphysica. Atqui causa est abstracta à materiâ. Ergo. Minorem probo. Quia causam in Metaphysicis considero formaliter, abstractivè, generalissimè

3. & qua causa est. 3. Distinguо inter tractationem causarum generalem & specialem. Et rursum circa generalem inter realem & intentionalem seu mentalem, & dico quod realiter agatur de causis in Metaphysicis, dum nimirum considerantur, ut attributa entis realia & generalissima. Fon. 3.

Metaph. c. 2. Intentionaliter in Logicis, quatenus sunt notiones secundæ & species argumenti. Specialiter vero in omnibus disciplinis, quatenus limitantur ad certum entis genus, quod in aliqua consideratur disciplina. Breviter: Causæ generaliter & quidem realiter, in quantum causæ & entitatum attributa sunt, propriè pertinent ad Metaphysicam: intentionaliter ad Logicam: specialiter ad omnes disciplinas.

D I S Q U I S I T I O II.

An principium & causa idem sint?

1. Negativa thesis defenditur & approbatur. **S**ola negativa thesis est vera. Rationes sunt: Primò: Quia non recipiuntur. Quæ autem non reciprocantur, illa non sunt idem, quia non sunt unius ejusdemque ambitus. Nam omnis causa est principium, sed non reciprocè omne principium est causa. Punctum enim est principium lineæ, & tamen non est causa lineæ. Utimur igitur voculâ Causæ in his duntaxat, quæ influxum & dependentiam includunt, Principii autem in iis etiam, quæ nihil tale involvunt, sed duntaxat ordinem & enumerationem quandam significant. 2. Quæcunque obtinent rationem generis & speciei, illa differunt. Atqui principium & causa hoc faciunt. Ergo. Minorem probo. Quia causa definitur per principium tanquam species

Objectio. per genus. Sed objectetur nobis, quod Aristoteles causæ vocabulo pro principio sepe sit usus. Respon. Objectio hæc est nullius momenti. Non enim putandum, mentem Aristotelis hanc fuisse, quod nimirum causa &

Responsio. principium sint æquipollentia, quod vel vocula Sapientia, in qua est emphasis, subindicat: sed Aristoteles aliquando Causæ vocabulum impropriè, late, &

late & generaliter sumpfit pro principio. Inde autem non sequitur, causam & quæ late patere ac principium, ut ante a nobis fuit probatum. Constat igitur ex antedictis, quod causa & principium non sint idem, sed differant. Quæritur autem, quo oppositionis modo? Respon. Distinctio est de modo triplex: realis, rationis, & ex natura rei. Ad realem non possunt referri. Quia realis distinctio est inter ea, quæ accurate opponuntur. Accurate autem opponi nihil aliud est, quam non ingredi seu includi in constitutionem & essentiam alterius. Ursin. in disput. de distinct. reali & rationali quest. 14.

Jam vero principium ingreditur definitionem, & per consequens essentiam cause. Ergo non differunt realiter. Nec ad oppositionem rationis referuntur. Nam cui non competit definitio, eidem nec definitum. Atqui principio & causa non competit definitio distinctionis rationis. Ergo. Minor probatur: Quia distinctio rationis definitur, quod sit excogitata à pura puta ratione, nullum habens in re fundamentum. Jam vero differentia principii & causæ non pendet à pura puta ratione. Quia cessante mentis operatione, non tollitur, sed manet, cō quod habeat in re fundamentum. Ergo relinquitur, quod adhuc alia sit distinctio intermedia ab his duabus diversa, ad quam referantur principium & causa. Quod sic probo: De quo prædicatur definitio, de eodem etiam definitum prædicari necesse est. Atqui definitio distinctionis ex natura rei (quæ talis est: distinctio ex natura rei est inter ea, quorum alterum pertinet ad perfectiōnem alterius) competit principio & causa. Ergo. Minor probatur. Quia principium ingreditur definitionem causæ. Unde sic argumentor. Quæcunque se habent tanquam genus & species, illa differunt ex natura rei. Clariss. Ursin. disput. 18. de distinct. real. & rat. q. 16. Atqui sic se habent principium & causa, ut supra probavimus. Ergo. Concludo igitur principium & causam non esse simpliciter idem, sed differre: & quidem ex natura rei; quod erat probandum.

D I S Q U I S I T I O III.

An causa & causatum sint relata?

Hæc quæstio in utramque partem probabiliter disputari potest. Pro Pro thesi thesi negante militant hæc argumenta. 1. Relata sunt simul. Causa & causatum non sunt simul. Ergo non sunt relata. Minor probatur:

Quæstio
distinctio
realis.
Rationis.
Ex natura rei.

Responso.

Quia omnis causa est principium. Principium autem est prius principiato.
Deinde Deus est causa mundi, & tamen est prior mundo. 2. Relata se
mutuo ponunt & tollunt: Atqui talis non est natura cause & causati. Ergo.
Minor probatur: Quia positâ causâ remotâ non statim ponitur effectus:
& sublatâ causâ non statim tollitur effectum, nec causato sublato tollitur
causa. Pro thesi vero affirmante afferri potest hoc argumentum, & qui-
dem sufficiens. De quocunque affirmantur definitio & proprietates rei,
de eodem res affirmetur necesse est. Atqui de causa & causato definitio &
proprietates relatorum affirmantur. Ergo. Minor probatur dupliciter.
1. Quia relata definitiuntur, quod sint entia, quæ inter se mutuum habent
respectum. Atqui causa respicit causatum, & causatum causam. Ergo.
2. Causa & causatum sunt simul. Ergo sunt relata. Positâ enim causa in
actu, necessariò etiam ponitur causatum, & sublatâ tollitur, & viceversa.
Decisio at-
guemto-
rum in u-
tramque
partem al-
latorum.
Etsi argumenta in utramque partem mota magnam speciem veritatis præ-
ferant: tamen pro sententia affirmante allata sunt probabiliora. Nam
causa & causatum considerantur dupliciter, intentionaliter & realiter.
Intentionaliter seu Logicè considerata, & prout sunt in mente, sunt
relata. Quia omnia argumenta sunt relata. Qui quid autem affirmatur
de genere, illud de omnibus speciebus erit affirmandum. Realiter vero
& Metaphysice, quatenus sunt extra mentem, tum rursus considerantur
dupliciter, absolute, seu quoad essentiam absolutam, & relativè, seu quoad
essentiam respectivam. Priori modo non sunt relata. Pater enim quâ ho-
mo, non refertur ad filium, sed posteriori modo sunt relata. Quia rela-
torum definitio iis competit, ut supra probavimus. Ex his patet, argumen-
ta pro thesi negante allata, esse vera duntaxat prout causa & causatum ab-
solutè considerantur: Pro thesi vero affirmante adducta, quatenus con-
siderantur causa & causatum relativè, ut sunt entia respectiva. Concludo
igitur, causam & causatum, prout realiter & quidem absolute consideran-
tur, non esse relata, sed prout relativè considerantur ad categoriam *accidens*,
referri, ut demonstratum est.

D I S Q U I S I T I O IV.

An causa sit prior causato?

QUAMVIS hæc questio non sit à præcedente multum diversa: tamen ut
sit illustrior, placet proprium ei assignare locum.

Theſin

Thesin affirmantem suadent hærationes. 1. Omnis causa est principium. Principium a. est prius principiato. Ergo causa est prior causato. 2. Omnis causa antecedit effectum naturā, dignitate & cognitione. E. etiam est prior eodem. Negantem v. suadent sequentes: 1. quæ sunt simili, illorum unum non est prius altero. Atqui causa & causatum sunt similares. Aris. l. 5. Met. c. 2. quia sunt relata. 2. Si effectus est principium cognoscendi causam, sequitur, non omnem causam effectu suo esse priorem. At verum prius. E. & posterius. Antecedens probatur. Quia effectus deducit nos aliquando in cognitionem causæ. Effectus enim est sensibus vicinior & notior. Et nihil est in intellectu, quin prius fuerit in sensu. 3. Si finis est posterior mediis, sequitur, quod quædam causa sit posterior causato. Antecedens probatur: Quia media ordinantur ad finem: unde vulgo dicunt: Finis est posterior mediis, quæ ad finē ducunt. Hæc argumenta in utramq; Decisio partē mota, ut solvantur, observanda sunt sequentia theoremat. 1. Causa si absolutè consideratur, est prior effectu naturā: Quia antequam causandi actum exercet, existat necesse est. 2. Causa relativè considerata, est prior causato, dignitate. Quia causatio activa est dignior passivā. Alias est similitudine cum causato naturā; quia hæ ratione sunt relata. 3. Causa semper est prior causato, cognitione distinctā & intellectuali: posterior verò eodem; cognitione confusa & sensuali. 4. Finitum, quatenus propriè sumitur pro causato, quod vi finis existit, & à fine dependet, est posterius fine: quatenus verò impropriè sumitur pro mediis seu causis ad causatum producendum destinatis & ordinatis, etenus est prius fine. Hinc liquet, quid sentiendum sit de argumentis in utramque partem allatis. Nam præter alias fallacias, quibus laborant, in singulis peccatur ex ignorance Elenchi. Nam unum & idem ens diverso considerandimodo, potest esse & prius & posterius altero. Conclusio igitur est, quod causa possit esse & prior & posterior causato, non eodem, sed diverso respectu, ut ex præmis. sis theorematibus est colligere.

D I S Q U I S I T I O V.

An qualis causa, tale semper causatum?

Est quidem canon hic vulgatus & usitatus in scholis Logicorum, sed Affirmatur ut usus, ita ejus propter pravum intellectum regnat abusus: Quem limitatē.

ut tollamus, canonem tanquam universalem nimis hoc modo restringimus & limitamus. 1. Valet in causis per se non per accidens agentibus. Non enim valet: Sutor est moraliter bonus. E. & calceus, quem parat, erit talis. Nam sutor conficit calceum, non quia moraliter, sed qua artificialiter est bonus. 2. Valet in causis naturalibus, iisq; potissimum particularibus, non universalibus. Non igitur procedit: Effectus Solis est calidus. E. & ipse Sol. Quia Sol est universale agens; & Sol est calidus, non formaliter, sed virtualiter & eminenter, seu ut liceat nobis cum scholasticis loqui, calor est in Sole non affectivè & inhaesivè, sed effectivè & productivè. 3. Valet in causis voluntariis, quando nimirum effectum sibi similem & conformem volunt producere. Sic non valet: Pictor est artifex egregius. E. pictura ejus est egregia: Sed valet: Pictor est egregius. E. si vult pingere, est potis. 4. Valet illa & salvo modo recipiendi ejus, quod cause effectum recipit. Quare non valet: Deus est summè perfectus. E. & creature. Nam quodquædam dona Dei sint imperfæcta, illud non defectui Dei est acri bendum, sed creaturarum. Deus enim non deficit in dando. Creaturæ autem deficiunt in recipiendo; quod etiam Scholastici indicant, quando adjungit: Receptivum non recipit per modum imprimentis, sed per modum receptivitatis. De his limitationibus vide plura apud Keckerman. Syst. log. pag. 174. Infuper cautela quædam non est omittenda: quando agitur de bonitate cause, non intelligenda est bonitas moralis, sed naturalis & artificialis facultas & vis agendi.

D I S Q U I S I T I O VI.

An numerus causarum sit quaternarius?

Affirmativa tenetur sententia. Pro thesi negante,

Sola affirmans thesis, ut ab omnibus Philosophis sanioribus, ita à nobis approbatur & recipitur. Sed audiamus argumenta, quæ in contrarium partem possunt afferri. 1. Si dantur adhuc aliæ causæ, quæ ad has quatuor non possunt referri, sequitur, causarum numerum excedere quaternarium. Antecedens probatur. Nam 1. quando quæro, propter quid imago Socratis sit sima, nulla alia est causa explicans questionem hanc propter quid, nisi exemplar. Respondetur igitur mihi, propter exemplar, quod artifex sibi proposuit imitandum. 2. Causa sine quâ non, est ab his quatuor diversa; quia non ejus vi, ut reliquarum, res est: sine illa tamen res nec

res nec fieri, nec esse potis est. II. Materia non est causa: quia non agit.
Causa autem proprium est agere. Patitur enim dux recipit formam. Quia
recipere est pati, & ex conjugatorum vi receptio passio. E. tantum sunt tres
causa. Sed haec argumenta non sunt tanti momenti, ut propterea à com- Responso
numi & recepta Philosophorum sententiā recedamus. Itaque ad i. respon- ad argu-
deo, quod probatio ejus sit insufficiens. Nam imago Socratis est sima, mena pro
non propter id am simPLICITER, sed quatenus in animo est artificis, secun- thesi ne-
dum quam agit artifex. Committitur igitur Elenchus à dicto secundum gante.
Quid. Unde si argumentor: Quemadmodum accidentis nullum absolutè
agit (non enim agit nisi in virtute substantiae. Scal. ex. 6. f. 3.) ita neque ab-
solutè satisfacit quæstioni propter quid. Quia qualis actio, talis etiam cau-
sandi est modus: Qualis autem causandi modus, talis & quæstionis est
modus. Jam v. idea sive exemplar est accidentis spiritale. Non igitur ab-
solutè agit, nisi adjutum ope artificis. E. nec satisfacit quæstioni absolutè
in se consideratum, & quâ exemplar est, sed quatenus est in mente artificis,
quo cœu instrumento utitur in imagine Socratis depingenda. Si igitur
exemplar non proprium genus causæ constituuit, nec est ab his quatuor
diversum, queritur, ad quoniam causæ genus referatur? Respon. Et ad
efficientem & ad formam refertur diverso respectu. Ad efficientem qui-
dem, respectu artificis, pictoris numerum, quo utitur in formando Socrate.
Ad formam v. respectu effectus seu imaginis Socratis, quia determinat
effectum passivè, ut constat. Solius autem formæ est determinare & re-
spectu hujus determinationis analogè etiam causa exemplaris ad for-
mam refertur. Ad alteram ejusdem argumenti probationem respondeo,
causam sine quâ non, proprium genus causæ non constituere. Elenchus
à non causâ, ut causâ. Ratio hæc est: Quia definitio, & natura causæ, non
competit causæ sine quâ non. Omnis enim causa habet propriam, insitam
& innatam causandi vim. Keckerm. Syst. log. pag. 155. Quod de causâ sine quâ
non haud dici potest; Siquidem absque eâ etiâ effectus produci nequeat,
ipsa tamen effectum non producit, ut ait Scal. de privat. & suar. z. disput.
de caus. f. 3. Non in causis numerantur omnia, sine quibus effectus non
fit, sed ea tantum que per se influunt in effectum. Verior igitur est sen-
tientia Goelenii, qui parte 1. probl. 15. causam sine quâ non refert ad locum
vel subjecti vel adjuncti. Alterum argumentum quod attinet, in illo com-
mittitur Elenchus à dicto secundum Quid ad dictum simPLICITER. Nam
licet materie actiones in comparatione ad formam sint admodum te-

nues, tamen inde non sequitur, materiam simpliciter nullas edere actiones. Materia enim agit suo modo, dum nimirum concurreat ad constitutendum compositum & formam facit existere, de quo q. 11. fuisus agemus. Solutis jam objectionibus, restat ut argumenta pro nostra sententia stabilicendâ subjungamus.

1. Desumi potest ex varietate questionum, quibus queritur propter Quid. Quot enim sunt diversa questionum generata sunt diversa genera causarum. At qui quatuor duntaxat sunt questionum genera. E. Major probatur. Quia causa est ratio, quae assertur ad explicandam questionem propter Quid. E. quotuplex questionis, totuplex etiam est causandi modus. Minor probatur. Quia vel queritur a quo res sit, & est efficiens: vel queritur ex quo sit, & est materia: vel queritur, propter quod sit, & est forma: vel denique cuius gratia sit, & est finis.

2. Si nullum effectum eget pluribus causis ad sui productionem & existentiam, quam quatuor, sequitur, quatuor duntaxat esse causas. Antecedens probatur ex inductione omnium & singulorum causatorum.

3. Nititur haec assertio nostra autoritate Aristotelu, Rami, & omnium saniorum Philosophorum. Unde recte Franciscus Suarez, disput. 12. sect. 3. Tam evidens, inquit, est, esse quatuor causas, ut illud argumentis probare sit supervacaneum. Cum igitur in singulis argumentis pro thesi negante allatis committatur partim Elenchus a dicto secundum quid, partim a non causa ut causa, concludimus, thesin nostram adhuc stare: *Quatuor sunt genera causarum, nec plura, nec pauciora.*

D I S Q U I S I T I O VII.

An causa possint perfectè definiri?

Thesis approbat.

Pro negatione.

Pro negante militat hoc argumentum: Principium non potest definiri. Causa est principium. E. Major probatur. Quia definitio constat ex natura prioribus. At qui nihil principius prius. Minor probatur. Quia causa definitur per principium: & ex generis & speciei natura, omnis causa dicitur principium, ut supra probavimus. Ad argumentum hoc vulgare respondeo, principium posse definiri non a priori sed a posteriori. Elenchus igitur est a dicto secundum quid. Quia non in universum verum est, quod principia non possint definiri. Propositionem itaque limito, principia non possunt definiri scil. perfectè, sed nihil obstat, quo minus imperfecte.

Responsio ad argumentum.

perfectè & à posteriori possint definiri, ut supra dictum. Deinde ad majoris probacionem: principiis pluralibus, ut vocant, seu collectim sumptis nihil est prius: sed principiis singularibus seu scorsim sumptis aliquid potest esse prius. Adde, si libet & hoc: Quod est principium absolute & simpliciter, illud non potest definiri: quod verò est principium duntaxat respectu inferiorum, illud maximè potest definiri & quidem perfectè: Quia aliquid se habet prius, quod in definitione perfectè requiritur. Sed haec obiter. Quamobrem concludo: Causas quidem posse definiri, sed à posteriori, & definitione imperfectâ.

D I S Q U I S I T I O VIII.

Quid sit efficiens?

Efficiens ab Aristotele definitur lib. 5. *Metaph.* c. 2. & lib. 2. *Phys.* c. 3. Quod sit id unde *primum est principium, seu initium mutationis & quietis:* quam definitionem Franciscus Suarez disput. 17. f. ad bonum sensum revocat, ut ibidem videre est; & mox subjungit, Aristotalem in Physicis locutum fuisse duntaxat de causis naturalibus. Nos verò secuti Keckermanum & alios acutos Philosophos efficientem definimus, quod sit *causa à Definitio quae effectum dependet;* quæ definitio est bona & legitima, quod in totum ex- efficientis, placet naturam definiti: quod definitionis proprium est minus.

D I S Q U I S I T I O IX.

An efficiens semper agat propter finem?

Hic canon logicus admodum est vulgaris & usu receptus, ut ejus insufficiator in Scholis sapientum haud sit tolerandus. Sed objici potest.
1. Si quædam efficientia frustra agunt, sequitur, Canonem non simplificiter esse verum. Nam frustra agere, & agere propter finem, opponuntur.
2. Omne quod agit propter finem, cundem cognoscere & appetere debet. Ignoti enim nulla cupido. Sed multa efficientia, nec finem cognoscunt, nec appetunt. E. non agunt propter finem. Respon. Ad primum Resp. ad argumentum quod attinet, id laborat elencho oppositorum: quia opposuntur, quæ opposita non sunt. Frustra enim agere, & propter finem age-

Thesis af-
firmās ap-
probatur.
Objec-
tio.

re non opponuntur, sed temerè seu fortuitò agere, & propter finem agere.
Nam multa efficientia frustrantur suo fine propter quem agunt. Exem-
pli nobis erit natura, quæ dum animal intendit producere, saepe producit
monstrum. Inde autem velle inferre, naturam non agere propter finem,
est nefas: Cum contrarium potius inde possit elicere naturam, si aberret
quandoq; à fine, actiones suas ad scopum direxit, quod videtur agno-
visse Magirus lib. i. comment. in Physiol. c. 3. ubi ait: quomodo quippiam fine,
quem non intendit, potest frustrari? Ad alterum argumentum respondeo,
propositionem non esse simpliciter veram. Elenchus igitur à dicto secun-
dum quid. Nam non necesse est, ut omne quod operatur propter finem,
illum cognoscat & appetat: Sed satis est, ut efficiens aut ipsum ex se finem
sui effecti cognoscat & appetat: aut ab aliâ superiore & intelligenti naturâ
ad finem certum dirigatur. Distinguendum igitur inter efficiens princi-
pale & minus principale. Principale quidem agens semper cognoscit &
appetit finem, quem sibi habet propositum, minus autem principale non
semper, sed sufficit, si à principaliori agente ad eundem dirigatur. Alius
respondent: Omne agens appetere finem appetitu, vel innato, vel elicito.
Ita ignis appetit finem appetitu innato. Quoniam itaque tot elenchi sunt
in argumentis objectis, 1. oppositorum, 2. à dicto secundum quid, rema-
net adhuc salva nostra thesis, Omne efficiens agit propter finem.

D I S Q U I S I T I O X.

An instrumenta propriam obtineant vim agendi?

Thesis de-
fenditur.

Object.
Respon.
objectio.

Affirmativa thesis est vera. Rationes sunt. Quia, quicquid affirmatur
de genere, illud etiam de cunctis speciebus est affirmandum. Atqui
omnis causa propriam agendi vim obtinet, ut constat ex definitione cau-
sa. E. Objectio. Quicquid non movet, sed movetur, illud non agit, sed pa-
titur. Atqui instrumenta moventur à principali agente. E. Respondeo li-
mitando propositionem hoc modo: Quicquid ita movetur, ut nullo mo-
do &c respectu moveat, illud non agit, & per consequens non est causa.
Sed hoc non de instrumentis dicendum. Nam instrumenta consideran-
tur dupliciter, vel respectu principalis agentis, vel respectu effecti. Priori
modo non movent, sed moventur, & sic se habent passivè: posterioria-
tem modo non moventur, sed movent, & sic se habent activè. Deinde
notan-

notandum, quod instrumenta duplicem agendi vim habeant, extrinsecam & intrinsecam. Intrinseca vis instrumentis per se competit. Extrinseca vero illis advenit aliunde. Nam instrumenta agunt quidem, ut autem hoc vel illo modo agant, id dependet a principali agente. Agunt igitur indeterminate, & sic determinationem accipiunt ab agente principalis, qui ea applicat & determinat ad certum actionis modum. Keckerman. Syst. log. pag. 153. Ex quibus patet, errasse illos, qui instrumenta ex tribu causarum plane relegarunt.

D I S Q U I S I T I O X L

An materia sit causa?

Quamvis de causalitate materiae nemo saniorum Philosophorum hactenus dubitaverit, tamen ob majorem illustrationem hanc questionem ponemus. Thesis affirmativa est omnium saniorum Philosophorum ob rationes sequentes: 1. Materiae competit definitio causa. E. est causa. Causa enim definitur cuius vi res est. Atqui materiae vi materialis esse, ut infra probabimus. 2. Materiam esse causam, suadent quatuor effecta, quae materiae ascribuntur. I. Quia est causa compositi. II. Principium quantitatis. III. Radix passionis. IV. Causa ut forma existat. Hessel. in Log. pag. 121. Unde talis syllogismus: Quicquid constituit compositum, ex quo emanat quantitas, ex quo proficiuntur passiones & mutationes; item quicquid forma largitur existentiam, illud sane ex causarum numero non est exigendum. Talis est materia, ut in specie probat doctiss. Hessel. in Theoria sua log. pag. 122. quod & ob brevitatis studium lectorem remitto. 3. Probatur autoritate omnium Philosophorum, Platonis, Aristotelis, Scaligeri, &c qui materiam causam esse omnes uno ore fatentur. Sed objicitur 1. Passivum principium non est activum. Atqui materia Objectio. est principium passivum. E. Respon. est elenchus oppositorum. Nam acti- Respon. ad vum & passivum non opponuntur, sed subordinantur sibi invicem, qua objectio. de re subtiliter disputat subtilissimus Scaliger exere. 102. sect. 5. Actio est in pa- nem.

Affirmans
thesis re-
cipitur &
probatur
his causis.
I.

2.

3.

4.

Et alibi: Actio & passio unum sunt, & differunt tantum ratione. Hæc subtilitas prece Scalig. Ex quibus sic argumentor. Quæcumque differunt pura ratione, illa non opponuntur. *Ramus in Log.* Ratio in promptu est: quia negatâ definitione negatur definitum. Jam opposita juxta Ramum sunt quæ differunt re & ratione. Atqui actio & passio non differunt re, sed dunt taxat ratione, ut suprà probatum. E. nec activum & passivum. Quia ut se habet forma ad formam, ita etiam formatum ad formatum. *Arift. lib. i. de his. ann. c. i. i.* Actio autem est forma activi, ut abstractum concreti. Materia igitur & activum & passivum est principium; passivum quidem respectu efficientis; activum vero respectu compositi, quod constituit, & respectu formæ, cui largitur existentiam. Objicitur. 2. Materia formam recipit. Receptio autem est passio. E. materia respectu formæ nullam obtinet causalitatem. *Avicen. lib. Met. c. 4.* Respon. Materia eo ipso, dum formam recipit, patitur & agit; patitur respectu receptionis, agit vero dum formam receptam existere facit, quam ob causam *Scaliger ex. 307. f. 27. art.* Passio materia per vocem activam enuntiatur, quando nimurum receptiva dicitur. Unde sic argumentor: Omne receptivum respectu receptibilis, vel ne recepta est activum. Quia receptibile est passivum. Jam vero materia est receptiva, quia recipit formam. E. respectu formæ quæ recipitur, activa est.

Objicio

2.
Resp. ad
objicio
nem.

Objicio

3.
Resp. ad
objicio
nem.

Objicitur 3. Composito tribuuntur actiones. Materia non est compositum. Quia est pars compositi: Pars autem non est totum, ut constat. E. nec respectu compositi agit, sed patitur. Respon. A comparato ad absolum, non valet consequentia. Licet enim materiæ tales actiones non competant, quales composito: tamen inde non sequitur, quod prolsus nullæ sint actiones materiæ. Deinde distinguendum est inter actiones completas, & incompletas. Completae actiones tribuuntur composito, incompletae vero tribuuntur materiæ. III. Distinguendum inter principium, quod & principium quo. Principium quod activum est totum compositum: Principium vero quo est forma & materia à forma informata.

Quoniam igitur objections laborant elencho, partim oppositorum, partim consequentia, repetimus nostram thesin: *Materia est causa.*

D 15

DISQUISITIO XII.

An materia posse definiri, & quid sit?

Quidam sunt in illa opinione, quod materia in genere non possit definiri, eò quod sit vocabulum æquivocum, & modo propriè, modo impræterè usurpetur. Etsi verò hæc opinio est vera, quatenus materia ad nullam certam restringitur significationem: falsa tamen est, quatenus materia sumitur pro certo genere causæ, quod dicitur causa materialis. Itaque Philosophi plurimum laborarunt in materia definienda. Sed varias posuerunt definitiones, quas enumerat & partim rejicit *Timpl.lib.3. Met. c.2. q.56.* Nos autem salvo aliorum judicio materiam definimus, quod sit *causa ex qua materiatum dependet:* quæ definitio, cum explicet plenariè definitiive materiæ naturam, legitima censetur. Sed objicitur nobis: *Vocabulum Ex tribuitur non solum materiæ, verum etiam efficienti, partibus, & toti &c.* **R**esponsio. Voca Ex sumitur vel propriè, vel impro priè: propriè sumta tribuitur soli materiæ: impræterè vero & quatenus ad objectum sumitur pro a, ab, post, secundum &c. etiam tribui potest efficienti, partibus & ceteris. Concludo igitur, materiam restrictivè sumtam posse definiri, & quidem rectè hac definitione: *Materia est causa, ex qua materiatum est;* quod erat concludendum.

DISQUISITIO XIII.

An materia sit prior forma?

Prioritas est triplex, temporis, dignitatis, & naturæ.

1. Quoad temporis prioritatem materia est prior forma, quia forma recipit. Recipientis autem recepto est prius, ut constat tempore. Igitur & hoc modo antecedit materia.
2. Quoad prioritatem dignitatis, forma est prior materia; quia forma operationes edit excellentiores quam materia: Operatio autem juxta *Damascenum* est essentia index. Quo igitur quid est perfectius, eò præstantiores edit operationes.
3. Quoad prioritatem naturæ, rursum distinguitur inter generantem, seu producentem, & intendentem naturam. Respectu generantis naturæ ma-

Responde tur per distinctionē.

teria est prior forma. Quia prius à natura generatur. Natura enim gene-
rans ab imperfectioribus ad perfectiora & prestantiora progreditur. Ma-
teria autem est imperfectior formā: Respectu vero intendentis natura
forma est prior materia: Quia natura semper intendit id, quod est perfe-
ctius & nobilis. Forma autem est perfectior & prestantior materia, quod
pater ex formae operationibus. In summa, forma & prior est & posterior
materia diverso respectu, quatenus nimirum utraque ad diversos priori-
tatis modos applicatur atque examinatur.

D I S Q U I S I T I O X I V.

Quid sit forma?

Forma ut res est nobilis: ita meritò nobili depingeretur definitione.
Sed cùm natura formæ, voce naturæ latè acceptâ, sit admodum ob-
scura, ejusdem definitio (cujus munus est definiti naturam explicare) erit
etiam inventu difficultis. Interim notetur, formam definiri, non prout
vox forma sumitur absolute, pro qualitate corporis sensili, ex quantita-
tis vel qualitatibus orta dispositione: sed prout relatè sumitur pro certa spe-
cie causæ respiciente suum formatum, quæ propriè dicitur causa forma-
lis, cuius & varias affert Philosophorum definitiones *Impl. lib. 3. Met. c. 2.*

D e f i n i t i o . q. 62. Nobis autem inter alias hæc magis arridet: *Forma est causa que dat esse*
formæ pro rei, id est, composito essentiam: tum quod naturam formæ satis explicet,
pria.

*tum etiam quod congruat planè cum Aristotelis definitione traditâ *lib. 2.**
Phys. c. 3. Forma est causa per quam res est id quod est.

D I S Q U I S I T I O X V.

An triplex sit forme officium?

Formæ triplex esse officium, Philosophi omnes hactenus iverunt
plex offici-
um. 1. 2. **F**probatum, quorum 1. est: Dare rei esse. 2. Rem à re distinguere.

3. Operari. Videatur *Zab. in disput. Phys. in lib. de sens. c. 9. lib. de partit. ani. c. 5.*

O b j e c t i o . At objicitur 1. Propria adjuncta etiam rem à re distinguunt. E. non est

1. proprium formæ officium. Respon. Negando consequentiam, & distin-
R e s p o n s i o . guendo inter distinctionem essentialiem & accidentalem. Propria qui-
dem ad-

dem adjuncta rem à re distinguunt, non primariò & essentialiter sicut
forma, sed secundariò duntaxat, accidentaliter & beneficio formæ. Quia
igitur ratione vis & facultas distinguendi, formæ detrahi possit, non vi-
deo. Objicitur 2. Forma respectu operationum evadit efficiens. E. for-
ma quâ forma, non operatur. Respon. Vulgatus est canon logicus: For-
me debentur propriæ actiones compositi. Vide si libet Keckerman. Syst. log. pag. 161.
Arist. de generat. sect. 2. text. 53. Scalig. exer. 28. sect. 2. ubi dicit: Forma germa-
num illud est principium, quo omnia supposita sunt actuosa. Sed instant quidam: Instantia
Solum compositum dicitur operari, homo enim dicitur videre, sentire, moveretur.
intelligere, non anima. Respon. Distinguendum hic esse inter princi- Responde-
pium operandi quod, seu adæquatum quod, est compositum, & inter tur ad in-
principium operandi quo, seu inadæquatum, quod est forma. stantiam
distinguē-
do.

DISQUISITIO XV.

Quid sit finis?

Finis est vocabulum ambiguum. Observandum igitur, hoc loco defi- Observat.
niri, non quatenus vocabulum finis sumitur pro rei extremitate: sed
quotenus duntaxat sumitur, pro causa finali respiciente finitum: Et in hac
significatione varie definitur à Philosophis: sed nos hanc definitionem
cateris præferimus: *Finis est causa cuius gratia res (finitum) est; tum quod nullum alia affiri possit, quæ melius explicet definiti naturam; tum etiam quod sit Aristotelis, ac constet genere & differentiâ specificâ.* Objiciatur. Definitio
tem potest, definitionem hanc esse suo definito angustiorem, unde talis
syllogismus: *Quæcumque definitio est angustior definito, illa est vitiosa.*
Atqui hæc finis definitio est talis. E. Minor probatur, quia Arist. 2. Phys. lo-
quitur de duplice fine, fine nimirum *cujus* & *cui*: at prior tantum hoc loco
definitur, & explicatur, posterior excluditur. Respondet Goclenius, vñ Resp. ad
culam *cujus* in definitione finis debere accipi generaliter, pro eo quod est objectio-
& *cujus gratia*, & *in cuius gratiam*; cui responsioni addas licet & hanc: sub-
jectum in loco causæ non est definiendum. Finis *cui*, est subjectum, cui
aliquid attribuitur. E. non causa, cum nihil ipse sit commune cum causa,
nisi nomen. Ergo non hic definiendus. Quare adhuc relinquitur,
hanc finis definitionem esse legitimam, quod erat
probandum.

D I S Q U I S I T I O X V I

An finis sit ultima causarum?

- Pro negau- **G**oclenius, Timplerus & alii mordicus defendunt sententiam negan-
te argumen- **tum**, pro qua militant sequentia. 1. Quicquid actum causandi an-
ta. 1. te omnes alias causas exerceat, illud est prima causalium. Atqui finis hoc
facit. E. Minor probatur: Quia finis allicit sui amore & desiderio efficien-
tem ad agendum, ejusque gratia ab illo causatum ex materia & forma
2. constitutur. 2. Simplex est prius composito. Atqui finis est reliquis
causis simplicior. E. Assumptum probatur: Quia finis tantum movet re-
3. liqua vero cause moventur & movent. 3. Moyens est prius moto. Atqui
Pro affir- finis movet efficientem; efficientis autem movetur a fine. E. Pro affirmante
mante. autem militant haec: 1. Nihil quod est potentia, potest causari actu. Ra-
1. tio est, quia causa in potentia non competit definitio causae, ut patet con-
sideranti. Causa enim definitur principium a quo res est. Atqui a causa
in potentia res non est, sed esse potest. Quia de causa etiam Philosophi di-
visionem causae rejiciunt, qua dividitur causa in potentialem & actualem.
Consule de his *Tipl. lib. 3. Met. c. 2. quest. 4.* Atqui *finis* prout est in animo
efficientis, est in potentia. Si enim esset in actu, non posset movere atque
stimulare appetitum efficientis: Quia, ut ait *Scal. exercit. 317. s. 2. & Taur. cont. Casalp. p. 121. 125.* appetitus est soboles privationis. Ea cupimus quibus
caremus: idem *Scal. de caus. l. 1. cap. 123. item capit. 141.* Quod possidemus, illud
non appetimus. 2. Nullum intentionale potest causari ens reale. *Scal. exe. 75. s. 4.* Atqui finis in mente efficientis est ens intentionale. *Fonse. hb. 5. Met. c. 2. q. 11. s. 1.* Quia non movet vere, sed metaphorice, *Scal. ex. 307. s. 25.*
3. *Zab. de re act. c. 1. lib. de mot. grav. & lev. c. 2.* 3. Nullum accidens potest pro-
ducere substantiam, *Zab. de conf. individ. c. 4. lib. de princip. rer. nat. c. 17.* Atqui
finis ille est accidens. Est enim præmeditatio mente concepta. *Taur. contra Casalp. pag. 251.* & cogitatio, quæ est adjunctum efficientis. *Scrib. triumph. pag. 38.* E. 4. Quicquid est primum in intentione, illud ultimum est in
execuzione. Vell sic: Quicquid præcedit respectu naturæ intendentis, illud
sequitur respectu naturæ generantis seu producentis. Atqui finis hoc re-
spectu præcedit. Jam vero ordo naturæ generantis observatur in discipli-
nis theoreticis, sicut intendentis in practicis. *Kekerman. System. log. pag. 590.*
E. finis juxta ordinem non intendentis, sed naturæ generantis in disci-
plinis

plinis contemplativis consideratus est ultima causarum. Ceterum ex Affirmans
his sententis posterior veritati est maxime consentanea, quam idcirco thesis ap-
amplectimur rejicentes priorem, quia debili admodum nititur funda-
mento. Quod autem attrinet ad argumenta pro eadem allata, respondeo probatur.
ad primi argumenti assumptionem & ejus probationem, actionem finis
consistere non solum in alliciendo, sed potius in perficiendo rem jam
suis causis essentialibus constitutam, ut loquitur doctiss. Ursin. in log. pag.
126. Probatio igitur insufficiens. Taceo jam, quod finis ita consideratus
non sit finis, sed adjunctum efficientis. Unde sic arguo. Omnis causa re-
fertur ad suum causatum. Ratio est. Quia causa & causatum sunt entia re-
spectiva. Atqui finis intentionalis non refertur ad finitum, quod sic pro-
prio: Respectus inter causam & causatum dicitur causalitas. Atqui inter fi-
nis intentionalis & finitum nulla intercedit causatio, ut supra firmissi-
mis probatum argumentis. E. finis intentionalis non est causa. Ad secun-
dum argumentum respondeo: motum illum duplum in reliquis causis non
involvere compositionem. Deinde quotuplicem & qualis est res, totuplex
ibiam & talis est rei motus. Verissimum. Atqui finis est duplex: realis & in-
tentionalis. doctiss. Ursinus in log. pag. 128. E. motus ejus erit duplex, realis &
imaginarius. Applicabo: Finis realis non movet efficientem, sed idea dun-
taxat realis finis, quæ est in mente efficientis. Visne aliter? Finis movet non
propriè, sed impropriè & metaphoricè; si autem propriè moveret, proce-
deret argumentum. Ad tertium argumentum eadem responsio potest ap-
plicari limitando hoc modo: movens propriè est prius moto. Jam minor
laborat elencho ad dicto secundum quid. Finis enim movet non propriè,
sed impropriè & metaphoricè, ut supra probatum. Quoniam igitur non
solum ex argumentis pro thesi allatis, sed etiam ex solutionibus contra-
riorum argumentorum patet, negativam thesin argui falsitatis, repetimus
in nostram thesin: Finis est ultima causarum.

DISQUISITIO XVII

Quid sit effectum, item an sit quadruplex?

Quamvis de uno relatorum post alterum agere videatur supervaca-
neum, cum unum ex alterius cognitione innoteat: libet tamen
gratia exercitiū unam atque alteram de effecto adjungere quæstiuinculam.
C. iii

Quæritur autem primò, quid sit effectum? Respon. Effectum definitur à Keckermanno l.i. syl. log. c. 19. id quod a causa pendet; cui definitioni si modò explicitè addatur genus, quod est principiatum, eadem nobis haud displacebit. Quæritur ulterius, quotuplex sit idem? Respon. hæc de re non consentiunt philosophi. Quidam enim dicunt esse simplex, quidam vero quadruplex. Sed hi facilissimo labore possunt conciliari, si modò dicamus effectum considerari dupliciter: uno modo in se, & tum esse simplex: Quia omnes causæ conspirant ad unicum effectum producendum, Aristot. phys. text. 64: alio modo respectu causæ, & tum esse quadruplex, sicut est causa: Quia eadem est natura relatorum. Concludo igitur, causarum re ipsa sive realiter esse unum quid: ratione vero sive diverso respectu quadruplex. Verissimum.

D I S Q U I S I T I O X V I I I

*An propter quod unumquodq. tale est, illud sit
magis tale.*

C Anon hic est Aristotelis, qui hunc in modum illum effert post. c. 2.
1. f. 14. Aci dia δέ ερασον τινέντο μάλλον ιστάρχει, sed sapius fallit. quare nos eudem cum Philosophis in hunc modum restringimus & limitamus: 1. requiritur ut causa sit per se. Unde non valet: Rusticus est ebrius propter vinum. E. vinum est magis ebrium. Nam vinum per se, & quā vinum est, non inebriat, sed quā immodiè sumptum. 2. requiritur ut affectio, à qua talis denominatur causa & effectus, utriq; insit. Quare non valet: Hæc rès est calida propter solem. E. sol est magis calidus. Quia calor rei solum formaliter, non soli, nisi eminenter, ineft, ut supra dictum. 3. Ut eadem affectio recipiat magis & minus. Non igitur valet: Filius est homo propter patrem. E. pater est magis homo. Humanitas enim magis & minus non recipit. Videatur Keckermannus system.

logic. cap. 19.

C O R O L.

COROLLARIA

GRAMMATICA.

I.

An Grammatica item Rhetorica & Dialectica sint partes Philosophia? Respon. Instrumentum, in quantum instrumentum, nec operis est pars, nec artificis.

II.

An puer imbutus preceptis Grammatices, posse dici Grammaticus? Resp. Solus artifices qui facit usus adest.

RHETORICA.

I.

An Rhetorica sit aquæ utilis ac Grammatica? Respon. Necessitas absoluta (qua competit Grammaticæ) in lance præponderat.

II.

An sit aquæ praefans ac Logica? Respon. Dignitas disciplinæ, ut & unitas, necessitas &c. petitur ex ejus objecto.

LOGICA.

I.

An Logica & Metaphysica sint diversæ species disciplinarum, & si sint, an utram sit generalissima? Respon. Ubi sunt diversæ & quidem generalissima objecta, ibi sunt diversæ & generalissimæ species disciplinarum.

II.

An Logica Rami sit præferenda Aristotelis? Respon. Aristotelis habet sua menda, Rami sua. Nihilominus Rami mihi videtur mendoſior.

PHYSICA.

I.

An Physicus agat de intelligentiis formaliter; id est, easdem definiat & dividat? Respon. Quicquid non cadit sub objectum disciplinæ, illud est heterogeneum & alienum.

II.

An quatuor sint elementa? Respon. De veritate quaternarii elementi consule Platonein, Aristotelem, Hippocratem, Ciceronem, Scaligerum, Zabarellam, Magirum, Keckermannum &c.

III.

An sol sit calidus? Respon. Corpora celestia expertia sunt omnis qualitatis sensibilis & per consequens sunt incorruptibilia. Objectio: Nihil est in effectu quin idem sit in causa. Respon. Scilicet vel formaliter vel eminenter.

IV.

An luna sit causa effus marini seu fluxus & refluxus maris? Respon. Est quidem, sed non exclusiva. Causa autem propinqua non tollit remotam, sed eidem subordinatur.

M A T H E M A T I C A

I.

An Mathematicorum & potissimum Astronomorum hypotheses sint facta & imaginariae? Respon. Fictum vel est simpliciter, vel ~~et~~ sic dictum, id est, aliud non habet fundamentum in re, aliud habet. Illud non potest applicari Mathematicis hypothesibus; hoc vero maximè.

M E T A P H Y S I C A.

I.

An detur Metaphysica? Respon. Qui negat (quod cum pace Ramii dixerim) absurdus.

II.

Vix Logica Metaphysica præstantior? Respon. Præstantia competit Logica in comparativo; Metaphysica vero in superlativo gradu ut, loquuntur.

III.

An Metaphysicus solum ens, seu nihil praeter substantiam & accidentis confideret? Respon. Attributum entis, principium & modus non est ens, sed aliquid entis.

IV.

An causa causa sit etiam causa causati? Respon. Valet in causis directè & essentialiter sibi invicem subordinatis.

V. An

V.

An divisio causa in internam & externam sit legitima? Respon. Divisio
quæ est adæquata suo diviso, habet partes inter se dissentientes, con-
sentientes verò cum toto; illa legitima censetur.

E T H I C A.

I.

An Tuissatio sit licita? Respon. Tuissatio contrahitur, vel ab inæqua-
libus, & sic est illicitavel ab æqualibus, iisque ignotis, & sic est illicita: vel
à notis non probatæ fidei, & sic est illicita: vel à notis probatæ fidei, & sic est
licita habitu nihilominus respectu circumstantiarum.

II.

Quis finis Ethices, quod medium, quodnam subjectum? Respon. Finis seu
quod est summum bonum (quæ est actio secundum virtutem.) Medium
seu quo vel per quod est virtus. Subjectum seu in quod est mens ho-
minis practica. Nam finis (summum bonum) introducitur per media
(virtutem) in subjectum (mentem hominis practicam.)

I.

An idem possit dici suipius causa? Respon. Identitas est triplex, generica,
specifica, numerica seu individuifica. Quoad genericā, procedit. Nam ani-
mal est causa suipius, id est, animalis. Alias genus esset à seipso diversum.
Quoad specificam, procedit. Nam homo est causa suipius, id est, hominis.
Alias species esset à semetipsa diversa. Quoad numericam, non procedit.
Nam Petrus non est causa suipius, id est, ejusdem Petri, sed alterius indi-
vidui (puta) Pauli, Johannis. Alias causa non differret à suo causato es-
sentialiter, nec esset eodem prior.

II.

An diabolus sit bonus? Respon. Bonitas est prædicamentalis vel tran-
scendentalis. Illa (alias Ethica, moralis & accidentaria dicta) non com-
petit diabolo: quia sic esset virtuosus, & per consequens particeps summi
boni, id est, ageret secundum virtutem, quod absurdum. Transcendentalis
(dicta alias essentialis & Metaphysica) competit diabolo. Diabolus enim

D

est ens: quia est spiritus. Ens autem omne est bonum, bonitate essentiali & Metaphysicā. Bonum enim & ens convertuntur.

III.

An ignis urat? Respon. Ignis consideratur dupliciter; vel ut est purus & simplex, vel ut est impurus & mixtus. Priori modo consideratus non urit. Si enim hoc, vel ureret propter calorem, vel propter siccitatem. Hę enim qualitates insunt igni primo & per se. Non prius: Quia calor non operatur unctionem, sed calefactionem & ex consequenti homogeneorum congregationem, heterogeneorum verò disgregationem. Alios effectus caloris vide apud *Magirum lib. 3. physiol. c. 6. Keckerman. lib. 2. fisi. phys. c. 7. de elementis*. Insuper si calor esset causa unctionis, omnes res calidę urerent: quod est contra experientiam. Relinquitur igitur, quod ignis in sua formalitate consideratus, nec quā ignis, nec quā calidus (qui dicitur ignis elementaris & est purissimus fervor in sua sphēra) urat. Non posterius. Quia siccitas non est qualitas activa, sed potius passiva, in quam suam exercunt actionem calor & frigus. Posteriori modo consideratus dicitur ignis focalis; & hic urit, tum propter impuritatem, crassitatem & partium condensationem; tum propter materię utilis, id est, minus subtilis & dissipabilis admotionem, *Scaliger exercitat. 9. Mag. I. Phys. c. 2. Keckerman. lib. 2. phys. cap. 10.*

IV.

An Milo Crotoniates integrum bovem uno prandio devorans posuit dici temperans? Respon. Affirmando, adhibitā distinctione.

V.

An omnia sint unum & multa? Respon. Omnia sunt unum in causa universali. Deus enim est primum efficiens, & finis ultimus omnium rerum in mundo existentium. Deinde in genere. Quia omnia convenient in genere ultimo & summo, ente nimis. Omnia sunt multa in specie. Quia beneficio formae specificae res fiunt diversae, & per consequens multae.

VI.

An Ramus fuerit Aristotelicus? Respon. Cui competit definitio, eidem etiam competit definitum. Definit autem Ramus in oratione, quā defendit Aristotelem adversus Schegkium, Aristoteleum, qui Aristotelis principia sequuntur,

14.
tur; omniaq; Aristotelis legibus consentanea. Et mox subjungit: Medita-
re tecum (hæc sunt verba Rami) Schegkiusne an Ramus Aristoteleus
sit; ego me statuo in Philosophia Aristoteleum esse (utpote qui Aristo-
telem sequor &c.) te vero (scil. Schegki) Aristotelis adversarium. Hacte-
nus Ramus. Sed quām aliena fuerit mens Rami (Antiperipatetici)
a verbis, res ipsa comprobatur. Vide scholas Rami, quid
opus est verbis, ubi rerum testimonia
adsunt?

Gratias tibi Domine Jesu!

F I N I S.



VI

D ii

*Ag. Maria Gloriacionis interdum possumus non perirem debet ut illi iacet
panum Reliquo. Attimando, subtilitate diligenciose*

A

*Ag. maria lili annam q; martyris. Reliquo. Omnis fuit unum in carnis
universitas Deus cum q; primam officiam, & fuit ultimus omnium
item in mundo existens. Deinde in exercitu. Omnis fuit unius in
unius in exercite natus & natus, euse distinxit. Omnis fuit unius in
laetate. Omnis penitentio locuta peccatales fuit diligenter per coupe-
ducus immitas.*

VI

*Ag. maria lili annam q; martyris. Reliquo. Omnis fuit unius in carnis
universitas Deus cum q; primam officiam, & fuit ultimus omnium
item in mundo existens. Deinde in exercitu. Omnis fuit unius in
laetate. Omnis penitentio locuta peccatales fuit diligenter per coupe-
ducus immitas.*

etiam dicitur quod non est in libro deuteronomio
quod dicitur quod non est in libro deuteronomio

Hoc dicitur quod non est in libro deuteronomio

Finalis

Et hoc dicitur quod non est in libro deuteronomio

Finalis

Et hoc dicitur quod non est in libro deuteronomio

D. i.



anea. Et mox subjungit: Meditaguisne an Ramus Aristoteleus
oteleum esse (utpote qui Aristoteles adversarium. Hacte-
ens Rami (Antiperipatetici)
ide scholas Rami, quid
um testimonia

corrigendum utique non
catores videlicet apud
as levissimam. Intupere illi causas
lentitudine et celeritas excep-
tione et cetera celeritas non
schematis et ceteris et ceteris
Quis licet non est
estius actionem et
ibius locutionis et sic mire
conditum et ratione et
superioris qualitatem. Sicut
dicitur. Et hoc Alius

D ii

ad Mito Geronium et
Bartholomeo et

Ys annua fuit annua. Et sunt
nunc huius Deos cuius sicut sit
relinctum in mundo expositum
dimittit in secundum informo & tunc
locis. Quis pergeat locis
datur multissime

etiam combecter dicitur. D
aliquot litterarum etiam usque legimus A